

EXAMINIS PUBLICI
ACTUSQUE ORATORII

SOLEMNIA

DIE 14. ET 15. OCTOBR. 1828.

PERAGENDA

INDICIT

FRID. CHPH. LUD. UNGEFUG.

Praemissa est commentatio trigonometrica de theoremate:

$$\sin(A + B) = \sin A \cos B + \cos A \sin B$$
$$\cos(A + B) = \cos A \cos B - \sin A \sin B$$


auctore

CAR. FRID. AUG. KOPPE

GYMNASII PRAECEPTORE.

Mariaeinsulae,

typis Kanterianis.



DE THEOREMATE TRIGONOMETRICO

$$\sin (A + B) = \sin A . \cos B + \cos A . \sin B$$
$$\cos (A + B) = \cos A . \cos B - \sin A . \sin B .$$

Mathesis pura, quamvis nihil fere, quod merito desideretur, relinquat, tamen in librorum mathematicorum lectione saepius, quam exspectaveram, loca generatim non satis firma, inprimis autem theoremata ex parte tantum demonſtrata inveni, quibus nihilominus auctores, tanquam omnibus numeris absolutis et perfectis, ad sequentia colligenda utuntur. Quod ceteris documentis, quorum quamvis copia abundet, praetermisſis, theorema hujus disputationis fundamentum probat, quodque diligenter demonſtratum in libris, quos evolvendi copia mihi facta est, uno excepto, jamjam laudando, fruſtra quaeſivi. Martinus enim Ohmius, V. C., theorema nostrum serierum infinitarum auxilio usus, in omnes partes eleganter convicit. *) Auxilium vero illud cum impedimento fore mihi videretur; quo minus, qui tirones trigonometria inſtituunt, demonſtratione ab eo allata utantur: alienum non putavi, theorema de cujuslibet quadrantis arcubus, tam poſitivis, quam negativis, imaginariis autem, quorum vir ille etiam rationem habuit, praetermisſis, ita munire, ut duntaxat Geometriae et Arithmeticae percepta, vel tironibus satis trita, adhiberentur. Quod quidem ad periculum faciendum his V. C. verbis excitatus sum: **)

„Iſt aber die Bedeutung von sin x und cos x sowohl für Winkel, die gröſser ſind als ein rechter und in jedem folgenden Quadranten liegen können, als auch für negativ ausgedrückte Winkel, in dem Sinne feſtge-

*) Die reine Elementar - Mathematik von Dr. Martin Ohm. Zweiter Band. Berlin 1826. p. 291.

**) ib. p. 301.

setzt, wie solches hier in der Note geschehen, (eandem fere vim equidem functionibus sinus et coſinus poſtea tribui) so müſſen die Haupt-Lehrſätze

$$\text{I. } \sin(x+y) = \cos x \cos y + \cos x \sin y$$
$$\text{II. } \cos(x+y) = \cos x \cos y - \sin x \sin y$$
$$\text{III. } \sin(x-y) = \sin x \cos y - \cos x \sin y$$
$$\text{IV. } \cos(x-y) = \cos x \cos y + \sin x \sin y$$

für die Fälle erwiesen werden, wo x und y beliebig bald spitze, bald ſtumpfe, bald hohle, bald erhabene Winkel, bald auch Null oder negativ ausgedrückte Winkel vorſtellen, weil aus dieſen Hauptlehrſätzen in Verbindung mit der Formel:

$$\sin^2 x + \cos^2 x = 1$$

alles übrige Operiren mit Sinus und Coſinus abgeleitet wird, also mit letztern im allgemeinen nicht operirt werden darf, so lange nicht diese Sätze für jeden möglichen Fall erwiesen sind. Diese Beweise würden aber äusserst mühsam zu führen sein, wegen der ungemein grossen Zahl der verschiedenen Fälle, welche alle betrachtet werden müſsten, wenn der Beweis allgemein durchgeführt sein soll, was auch jedesmal x und jedesmal y bedeuten sollte."

Quod si autem liber mihi incognitus demonstrationem similem contineat, non me solum, sed Ohmium. V. C. etiam errasse inde apparebit. — Theorema illud diligentius, quam fieri solet, demonstrandum esse Lehmus*) et Wildius**) declarant; quorum vero uterque cum, theoremate de nonnullis tantum angulorum generibus probato, cetera simili ratione expedienda esse affirmet, sigillatim autem non exponat, in medio relinquit. Sed ad rem ipsam progrediamur. Quae autem quo accuratius exponatur, a functionibus sinus et cosinus definiendis initium faciamus.

1. Definitio.

Arcus cujuslibet sinum linearem dicunt perpendiculum ex altero illius fine in diametrum demissum, qui per alterum finem vadit; cosinum linearem diametri partem, quae centro finitur et puncto, quo perpendiculum diametrum secat; sinum vero vel cosinum appellant indicem rationis, quam sinus vel cosinus linearis ad radium habet, quo arcus descriptus est, ita

*) Sammlung von Beispielen, Aufgaben und Lehrsätzen aus der Arithmetik, Algebra, Geometrie und ebnen Trigonometrie von D. C. L. Lehmus. Berlin 1820. p. 139.

**) Handbuch der analytischen Trigonometrie von E. Wilde. Berlin 1825. p. 27.

ut sinum vel cosinum, cujus sinus vel cosinus linearis iis primi quadrantis oppositus est, numerum habeant negativum, ceteros positivos. Sinus vero arcuum, quorum fines in eodem diametro sunt, ac cosinus eorum, quorum per fines radii ducti angulum rectum formant, evanescunt. Quibus dictis arcuum, qui radiis magnitudine diversis descripti ad totam peripheriam eandem proportionem habent, tam sinus, quam cosinus aequales esse facile colligitur.

2. Definitio.

Ut brevior esse possim, definitiones has memoriae tradas: arcus nominatur primi quadrantis, qui quadrantem non superat, secundi quadrantis, qui quadrante major duplicem non excedit etc. arcus dicitur primi ordinis, qui peripheria non major est. Litera x equidem arcum primi, y et primi et secundi quadrantis, z primi ordinis, q quadrantem, π semiperipheriam seu duplicem quadrantem, literis denique A, B, C etc. arcus cujuslibet magnitudinis, n numerum integrum et positivum designabo.

3. Corollarium.

Quibus constitutis facili negotio haec intelliges:

$$0 = \sin 0 = \cos q = \sin \pi = \cos 3q = \sin 2\pi$$
$$1 = \cos 0 = \sin q = -\cos \pi = -\sin 3q = \cos 2\pi$$

4. Corollarium.

Haud obscurum quoque erit hoc:

$$\begin{matrix}\sin\\ \cos\end{matrix}\left(2n\pi + A\right) = \begin{matrix}\sin\\ \cos\end{matrix} A,$$

nam, quia arcus $2n\pi + A$ et A iisdem punctis finiuntur, et eosdem sinus cosinusque habeant necesse est.

5. Corollarium.

Ex figura porro facillime construenda has formulas colliges:

$$\sin x = \sin(\pi - x) = -\sin(\pi + x) = -\sin(2\pi - x)$$
$$\cos x = -\cos(\pi - x) = -\cos(\pi + x) = \cos(2\pi - x)$$

6. Corollarium.

Nil denique impedit, quin simili ratione haec perficias:

$$\sin(q - x) = \cos x, \quad \cos(q - x) = \sin x.$$

7. Theorema.

$$\mathrm{Sin}^2 A + \mathrm{Cos}^2 A = 1$$

Fac primum A evanescere aut multiplum esse quadrantis; cogetur ex iis, quae paulo ante vidimus, (§. 3. 4.) ut sit aut $\sin A = \pm 1$ et $\cos A = 0$, aut $\sin A = 0$ et $\cos A = \pm 1$, unde fit $\sin^2 A + \cos^2 A = 0 + (\pm 1)^2 = 1$. Si vero A neque evanescere nec multiplum esse quadrantis posueris, ubique sinus et cosinus linearis cum radio triangulum rectiangulum circumscribent, unde fit, ut enuntiatio proposita ex theoremate pythagorico confici possit.

8. Theorema.

$$\sin (q + A) = \cos A, \quad \cos (q + A) = - \sin A.$$

Quinque arcuum, qui litera A exprimuntur, magnitudine diversorum genera existunt, de quibus singulis theorema muniendum est.

a. Fac jam primum esse $A = x$, efficietur, ut sit $\sin (q + A) = \sin (q + x) = \sin (2q - (q - x)) = \sin (q - x)$ (§. 5.) $= \cos x$ (§. 6.) $= \cos A$.
$\cos (q + A) = \cos (q + x) = \cos (2q - (q - x)) = - \cos (q - x) = - \sin x = - \sin A$.

b. Si deinde posueris $A = q + x$, sequetur esse $\sin (q + A) = \sin (2q + x) = - \sin x$ (§. 5.) $= \cos (q + x)$ (a) $= \cos A$.
$\cos (q + A) = \cos (2q + x) = - \cos x = - \sin (q + x) = - \sin A$.

c. Fac tum esse $A = 2q + x$; quo posito cogetur, ut sit $\sin (q + A) = \sin (3q + x) = \sin (4q - (q - x)) = - \sin (q - x)$ (§. 5.) $= - \cos x$ (§. 6.) $= \cos (2q + x)$ (§. 5.) $= \cos A$.
$\cos (q + A) = \cos (3q + x) = \cos (4q - (q - x)) = \cos (q - x) = \sin x = - \sin (2q + x) = - \sin A$.

d. Fingas denique $A = 3q + x$, sequetur esse $\sin (q + A) = \sin (4q + x) = \sin x$ (§. 4.) $= \cos (3q + x)$ (c) $= \cos A$.
$\cos (q + A) = \cos (4q + x) = \cos x = - \sin (3q + x) = - \sin A$.

e. Ponas tandem $A = 4nq + z$; efficietur, ut sit $\sin (q + A) = \sin (4nq + q + z) = \sin (q + z)$ (§. 4.) $= \cos z$ (quod ex iis, quae modo demonstravimus, (a. b. c. d.) intelligitur.) $= \cos (4nq + z)$ (§. 4.) $= \cos A$.
$\cos (q + A) = \cos (4nq + q + z) = \cos (q + z) = - \sin z = - \sin (4nq + z) = - \sin A$.

9. Corollarium.

Quibus constitutis cogitur, ut sit:

$$\sin (2q + A) = \sin (q + (q + A)) = \cos (q + A) = - \sin A.$$
$$\cos (2q + A) = \cos (q + (q + A)) = - \sin (q + A) = - \cos A.$$

$\sin(3q + A) = \sin(q + (2q + A)) = \cos(2q + A) = -\cos A.$
$\cos(3q + A) = \cos(q + (2q + A)) = -\sin(2q + A) = \sin A.$

10. Theorema

Si literis A et B arcus primi quadrantis exprimuntur, erit

$$\sin(A + B) = \sin A \cos B + \cos A . \sin B$$
$$\cos(A + B) = \cos A \cos B - \sin A \sin B$$

I. Quod si primum $A + B < q$ posueris, aut arcuum A et B alter aut neuter evanescat necesse erit. Alterum ut demonstrari possit, fac v. c. $A = 0$, efficietur, ut sit $\sin A = 0$, $\cos A = 1$, (§. 3.) adeoque

$$\sin A \cos B + \sin B \cos A = \sin B = \sin(A + B)$$
$$\cos A \cos B - \sin A \sin B = \cos B = \cos(A + B).$$

Alterius vero demonstrationem satis accuratam in omnibus fere libris de trigonometria scriptis invenies.

II. Restat igitur, ut theorema de ceteris, quae existere possunt, summae $A + B$ potestatibus probetur.

a. Fac jam esse $A + B = q$, efficietur, ut sit $\sin A = \cos B$ et $\cos A = \sin B$ (§. 6.), unde sequetur esse $\sin A \cos B + \cos A \sin B = \sin^2 A + \cos^2 A = 1$ (§. 7.) $= \sin q$ (§. 3.) $= \sin(A + B)$; atque $\cos A \cos B - \sin A \sin B = \cos A \sin A - \sin A \cos A = 0 = \cos q = \cos(A + B)$.

b. Si autem est $A + B > q$, quo sumto cogitur esse $(q - A) + (q - B) < q$, est etiam
$\sin(A + B) = \sin(2q - (q - A + q - B)) = \sin((q - A) + (q - B))$ (§. 5.) $= \sin(q - A) . \cos(q - B) + \cos(q - A) . \sin(q - B)$ (I) $= \cos A \sin B + \sin A \cos B$ (§. 6.)
$\cos(A + B) = -\cos((q - A) + (q - B)) = -\cos(q - A) . \cos(q - B) + \sin(q - A) . \sin(q - B) = -\sin A \sin B + \cos A \cos B.$

11. Corollarium.

Theorema propositum etiam, si arcuum alter A primi quadrantis, alter cujuslibet est magnitudinis, demonstrari potest. Quam enuntiationem quoniam, si et arcus B primum non excedit quadrantem, valere modo vidisti;

a. Fac jam esse $B = q + x$, sequetur esse $\sin B = \cos x$, $\cos B = -\sin x$ atque $\sin(A + B) = \sin(q + A + x) = \cos(A + x)$ (§. 8.) $= \cos A \cos x - \sin A \sin x$ (§. 10.) $= \cos A \sin B + \sin A \cos B$.
$\cos(A + B) = \cos(q + A + x) = -\sin(A + x) = -\sin A \cos x - \cos A \sin x = -\sin A . \sin B + \cos A \cos B$

b Si vero est $B = 2q + y$, est etiam $\sin B = -\sin y$, $\cos B = -\cos y$ (§. 9.) atque $\sin (A + B) = \sin (A + 2q + y) = -\sin (A + y)$ (§. 9.) $= -\sin A \cos y - \cos A \sin y$ (a) $= \sin A \cos B + \cos A \sin B$.

$\cos (A + B) = \cos (2q + A + y) = -\cos (A + y) = -\cos A \cos y + \sin A \sin y = \cos A \cos B - \sin A \sin B$.

c. Restat denique, ut sit $B = 4nq + z$, quo sumto cogitur $\sin B = \sin z$, $\cos B = \cos z$ (§. 4.) atque $\sin (A + B) = \sin (A + z)$ (§. 4.) $= \sin A \cos z + \cos A \sin z$ (a. b.) $= \sin A \cos B + \cos A \sin B$.

$\cos (A + B) = \cos (A + z) = \cos A \cos z - \sin A \sin z = \cos A \cos B - \sin A \sin B$.

12. Corollarium.

Valet tandem theorema illud, si uterque arcuum A et B cujuslibet est magnitudinis. Quod autem cum, paragrapho antecedente demonstrato, de diversis arcuum, qui litera A exprimuntur, generibus $q + x$, $2q + y$, $4nq + z$ simili ratione et iisdem fere verbis confici possit, quin hoc loco praetermitterem, non dubitavi.

13. Definitio.

Cum arcus quilibet puncto in circuli peripheria moto descriptus haberi possit, quod autem punctum in diversam partem ab initio moveri licet, quo arcus oppositi nascantur: ut situm exprimant diversum, alterius generis arcubus signum +, alterius signum − praeponere solent. Quibus dictis quamlibet differentiam v. c. $A - B$ summam $A + (-B)$ aequare apparet.

14. Corollarium.

Si praecepta, quae de sinuum et cosinuum signis supra data sunt, de arcubus negativis etiam retinentur; nemo erit, quem fugiat esse

$$\sin - A = -\sin A, \quad \cos - A = \cos A.$$

Quae ut colligas, per punctum, quo arcus $+ A$ et $- A$ connexi sunt, diametrum ducas, fines, qui illis non communes sunt, recta jungas. Quibus factis primum intelligitur rectam diametro ad perpendiculum normatam insistere, eoque in duas partes aequales dividi; (nam qui diametrus medium arcum (2A) secat, idem chordam, quae arcui subtensa est, in aequas portiones dividat necesse est) deinde alteram partem dimidiam, quae sinus linearis est arcus $+ A$ (§. 1.), alteri, sinui arcus $- A$, magnitudine quidem aequalem, sed situ diversam, adeoque esse $\sin + A = -\sin$

$-A$. Quoniam vero diametri pars inter centrum et perpendiculum intercepta communis utrique arcui cosinus est (§. 1.), cogitur etiam $\cos + A = \cos - A$.

15. Corollarium.

Theorematis nostri enuntiatio quoque, si arcuum duorum alter negativus est, locum habet. Cogi enim potest

$\sin(A - B) = \sin A . \cos - B + \sin - B . \cos A = \sin A \cos B - \sin B \cos A$
$\cos(A - B) = \cos A . \cos - B - \sin A . \sin - B = \cos A \cos B + \sin A \sin B$

a. Quae ut colligas, fac primum arcum B alterum A magnitudine non excedere, quo sumto aut $A = B$ aut $A > B$ cogitur, efficietur, ut sit $\sin A = \sin((A - B) + B) = \sin(A - B) \cos B + \cos(A - B) . \sin B$, $\cos A = \cos((A - B) + B) = \cos(A - B) \cos B - \sin(A - B) \sin B$ (§. 12.) adeoque $\sin A \cos B - \sin B \cos A$

$$= \begin{cases} \sin(A - B) \cos^2 B + \cos(A - B) \sin B \cos B \\ + \sin(A - B) \sin^2 B - \cos(A - B) \cos B \sin B \end{cases}$$

$= \sin(A - B)(\cos^2 B + \sin^2 B) = \sin(A - B)$ (§. 7.)

$\cos A \cos B + \sin A \sin B$

$$= \begin{cases} \cos(A - B) \cos^2 B - \sin(A - B) \sin B \cos B \\ + \cos(A - B) \sin^2 B + \sin(A - B) \cos B \sin B \end{cases}$$

$= \cos(A - B)(\cos^2 B + \sin^2 B) = \cos(A - B)$

b. Porro fingas esse $B > A$, sequetur esse
$\sin(A - B) = -\sin(B - A)$ (§. 14.) $= -\sin B \cos A + \cos B \sin A$ (a).
$\cos(A - B) = \cos(B - A) = \cos B \cos A + \sin B \sin A$.

16. Corollarium.

Si tandem uterque arcuum in unam summam colligendorum negativus est, nihilominus theorema nostrum hoc modo perficitur:

$\sin(- A - B) = -\sin(A + B)$ (§. 14.) $= -\sin A \cos B - \cos A \sin B = \sin - A . \cos - B + \cos - A . \sin - B$
$\cos(- A - B) = \cos(A + B) = \cos A \cos B + \sin A \sin B = \cos - A . \cos - B + \sin - A . \sin - B$.

17. Scholion.

Quibus dictis theorema nostrum gravissimum, quo reliqua trigonometriae percepta fere omnia quasi argumento utuntur, dummodo de arcubus vel positivis vel negativis agatur, satis munitum omnibusque numeris absolutum esse videtur. Ultimum equidem, theoremate nostro ab omni parte demonstrato, paragraphos superiores 4 — 9 etiam, si literae A et x quos-

libet arcus seu positivos seu negativos exprimant, facili negotio confici posse, moneo.

Aliam viam ad ea, quae modo perfecimus, colligenda Ohmius *) et Littrowius **) ostenderunt. Uterque enim cum rationes, quas trianguli rectanguli latera inter se habent, functionum goniometricarum nominibus affecerit, v. c. sinum anguli hypotenusae adjacentis rationem catheti oppositi ad hypotenusam appellaverit; theoremate $\sin(A + B) = \sin A \cos B + \cos A . \sin B$, si angulorum duorum acutorum A et B summa $A + B$ recto minor est, demonstrato: obtusi aut cujusque alius anguli, qui in triangulo rectangulo hypotenusae adjacere non potest, sinum dicit numerum ex formula illa ad cujuslibet generis angulum $A + B$ transferenda nascentem. Hic modus, quamvis maxime elegans reique naturae aptissimus sit, tamen in eo haerere videtur, quod non satis praecautum est, ne cum quisque angulus C multiplici ratione summa $A + B$ exprimi possit, angulo C diverse dispartito sinus A potestates diversae efficiantur. Quae res qua ratione expedienda sit, nunc exponere conabor.

1. Rationem catheti trianguli rectanguli ad hypotenusam sinum dicunt anguli catheto oppositi, cosinum adjacentis; rationem alterius catheti ad alterum tangentem anguli, qui illi oppositus est, cotangentem huic catheto oppositi. — Cum vero triangula rectangula, quae angulum aequalem habent hypotenusae adjacentem, similia sint, adeoque eorum latera, aequalibus angulis intercepta, eodem modo ad se invicem referantur: *rationes illas non ex laterum, sed angulorum magnitudine pendere apparet.* — Quibus positis, si litera A angulus acutus exprimitur, facili negotio formulae hae coguntur:

$$\sin A = \cos(R - A), \quad \cos A = \sin(R - A)$$

$$\text{tang}\, A = \frac{\sin A}{\cos A}, \quad \text{cotg}\, A = \frac{\cos A}{\sin A}$$

$$\text{tang}\, A . \text{cotg}\, A = 1 = \sin^2 A + \cos^2 A$$

atque, si $A + B < R$ sumitur,

$$\sin(A + B) = \sin A \cos B + \cos A \sin B$$

$$\cos(A + B) = \cos A \cos B - \sin A \sin B$$

---

*) Elementar-Geometrie und Trigonometrie von Dr. Martin Ohm. Berlin 1819.

**) Elemente der Algebra und Geometrie von J. J. Littrow. Wien 1827.

2. Si autem angulus A recto non minor est, etsi signa sin A et cos A, cum angulos trianguli rectanguli ad hypotenusam jacentes acutos esse necesse sit, adhuc certam vim non habent, nihilominus illis ita utar, ut numerum quendam positivum vel negativum vel zero, hactenus incognita, sed paulo post cognoscenda, quemadmodum in Algebra literae x, y, z adhiberi solent, intelligi velim. Porro pro summa sin A cos B + cos A sin B atque differentia cos A cos B — sin A sin B, etiamsi summa A + B recto non minor est, breviora signa sin (A + B) et cos (A + B) ponam. Quibus dictis haud obscurum erit, si $A + B = C < R$ est, re vera esse $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}(A + B) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}(C)$; si autem $C < R$ esse negatur, quoniam nullum adhuc, ex quo illa aequalia esse cogatur, argumentum allatum est, signa illa jam nunc diversae potestatis habenda esse.

3. Definitione modo posita colligitur

$$\sin(A + (B + C)) = \sin(A + B)\cos C + \cos(A + B)\sin C = \left\{\begin{array}{l}\sin A\cos B\cos C + \cos A\sin B\cos C + \cos A\cos B\sin C\\ \quad -\sin A\sin B\sin C\end{array}\right.$$

$$\cos(A + (B + C)) = \cos(A + B)\cos C - \sin(A + B)\sin C = \left\{\begin{array}{l}\cos A\cos B\cos C - \sin A\sin B\cos C - \sin A\cos B\sin C\\ \quad -\cos A\sin B\sin C\end{array}\right.$$

His constitutis facile intelligi potest, $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}(A + B + C)$, quolibet ordine summandi conjungantur, eandem vim tamen semper habere. Quod modo de tribus summandis vidimus, nunc de quatuor quocunque eorum numero perficiamus. Quod si primum quatuor angulorum summa v. c. A + B + C + D data est, quoniam tres summandos quolibet ordine congregatos eundem sinum cosinumque ubique efficere haud ignoramus, cogetur singulos sinus et cosinus, quibus idem est ultimus summandus A, seu B, seu C, seu D inter se esse aequales, v. c.

$$\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big((A + B + C) + D\Big) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big((A + C + B) + D\Big) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big((C + A + B) + D\Big)$$

$$\text{seu } \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big((A + B + D) + C\Big) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big((A + D + B) + C\Big) \text{ etc.}$$

eamque ob causam $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\Big\{\Big((A + B) + C\Big) + D\Big\}$

$= \substack{\sin \\ \cos} \{((A + B) + D) + C\}$ quia summae $(A + B) + C + D$ tres tantum summandi sunt. Ex quo patet, omnes sinus et cosinus, quibus D postremus summandus est, eos aequare, quibus C ultimo loco ponitur. Quod autem de angulo C demonstratum est, de angulis A et B etiam demonstrari posse constat, adeoque sinus aut cosinus summae quatuor angulorum, eorum ordine perturbato, non mutetur necesse est. Quae dicta, quomodo perceptum illud de quinque, sex etc. summandorum summa, atque si de numero n verum fingitur, de numero $n + 1$ summandorum concludi possit, satis illustrant. — Quae cum ita sint, summae sinum vel cosinum parenthesibus antea interponendis neglectis brevius designari licet. — Denique facile demonstratur, sinum et cosinum summae, cujus ipsi summandi summae sunt, sinui et cosinui summae ex cunctis singulis summandis congregatae aequalem esse; apparet enim esse v. c.

$$\substack{\sin \\ \cos} \Big((A+B+C+ +) + (M+N+ +)\Big) = \substack{\sin \\ \cos} \Big(A+B+C + + + (M+N+ +)\Big)$$

$$= \substack{\sin \\ \cos} \Big((M+N+ +) + A+B+C+ +\Big) = \substack{\sin \\ \cos} \Big(M + N + + + A + B + C + +\Big)$$

4. Duabus summis aequalibus datis, ubique quantitates similes, quibus diverso modo congregatis summandi singuli utriusque summae confici possunt, existere necesse est. Fac enim v. c. esse $A + B + C = D + E$, deinde quantitate A quasi unitate ceteras metire, quod, quia similes sunt, fieri potest; sit jam $B = \frac{m}{n} A$, $C = \frac{p}{q} A$, $D = \frac{r}{s} A$, $E = \frac{u}{v} A$; sequetur quantitates A, B, C, D, E singulas una $\frac{A}{nqsv}$ toties addita, quoties numeri nqsv, mqsv, npsv, nqrv, nqsu indicant, effici posse.

Scholion.

Quae autem argumentatio cum tantum de quantitatibus, quas dicunt commensurabiles, satis munita videatur; ne quid desideretur, demonstrationem accuratiorem adjiciamus. Compendii vero causa equidem in iis, quae sequuntur, theorema de aequatione $A + B + C + + = P + Q + R + +$ valere signo $A + B + C + + \equiv P + Q + R + +$ exprimam. Si primum utraque summa duos tantum summandos contiuet, v. c. $A + B$

$= P + Q$; aut quantitas A quantitatem P aequabit, itaque erit $B = Q$ atque $A + B = R + Q$; aut altera alteram excedet, v. c. $P < A = P + X$, quo sumto sequetur esse $Q = X + B$ atque $A + B = (P + X) + B$ et $P + Q = P + (X + B)$ adeoque $A + B = P + Q$. Ex quantitatibus enim B, P, X, semel $P + X$ congregando summandi A et B, deinde $X + B$ colligendo summandi P et Q efficiuntur. — Porro theorema, si de duabus summis, quarum alteri n, alteri m, qui numerus $m < n$ esse negatur, summandi sunt, ratum fingitur, etiam de summis valet, quarum altera iterum n, altera $m + 1$ summandos habet. Sit v. c. $A + B + C + + N = P + Q + R + + Z$, summae illi n, huic $m + 1$ summandi sint; efficietur, ut, quia numerum n a numero $m + 1$ superari modo sumsimus, ullus summandus illius summae ullo hujus major sit, v. c. $A = P + X$, itaque $A + B + + N = P + X + B + + N = P + Q + + + Z$ atque $X + B + + N = Q + + Z$. Quoniam vero summae $Q + + Z$ tantum m summandi sunt ex eo, quod posuimus, cogitur $X + B + + N = Q + + Z$, adeoque $(P + X) + B + + N = P + Q + + Z$ seu $A + B + + N = P + Q + + Z$. — Quam ob causam cum jam $A + B = P + Q$ aequare $A + B = P + Q$ viderimus, theorema etiam locum habet, si altera summa duo, altera vero tres, adeoque si quatuor, ergo si quinque aut omnino quotlibet summandos habet. — Fingas denique theorema de summis valere, quarum alteri $n - 1$, alteri n summandi sunt, etiam si utraque summa n summandos habet, hac ratione demonstrari poterit. Fac enim v. c. $A + B + + N = P + Q + + Z$, atque utrique summae n summandos esse; haud dubium erit, quin, nisi quantitates A, B etc. singulae singulas P, Q etc. aequant, ulla illarum ullam harum excedat; sit igitur $A = P + X$, quo sumto sequetur esse $A + B + + N = P + X + B + + N = P + Q + + Z$, adeoque $X + B + + N = Q + + Z$. Quae summa $Q + + Z$ cum $n - 1$ duntaxat summandos complectatur, ex eo, quod finximus,, cogitur $X + B + + N = Q + + Z$, itaque etiam $(P + X) + B + + N = P + Q + + Z$, seu $A + B + + N = P + Q + + Z$. — Quibus constitutis theorema cum de summis, quarum alteri duo, alteri tres summandi sunt, valere supra viderimus, etiam si summarum aequalium utraque tres, adeoque quod ex secunda demonstrationis parte sequitur, si altera tres, altera quotlibet summandos continet, ratum habeamus necesse est. Theorema, jam de tribus et quatuor summandis demonstratum, etiam de quatuor et quatuor summandis valere ex ultima demonstratione cogitur. Quam viam si porro sequi velis, de utriusque summae summandorum qualibet multitudine perficies.

5. Quae vero modo explicavimus, hoc theorema praeparaverunt: *Summas aequales angulorum, qui singuli recto minores sunt, licet ipsae summae rectum excedant vel aequent, etiam sinus et cosinus aequales semper habere.* — Ut argumentatio magis plana et expedita fiat, pro universo exemplum definitum fingamus v. c. $A + B + C = D + E$. — Angulorum a, b, c, d, e, f, g, quibus collectis singuli A, B, C, D, E effici possunt, multitudinem terminatam esse vidimus. Fac igitur v. c. $A = a + b$, $B = c + d + e$, $C = f + g$, $D = a + b + c$, $E = d + e + f + g$; efficietur, ut sit $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos} A = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(a + b\right)$, $\genfrac{}{}{0pt}{}{\text{siu}}{\cos} B = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(c + d + e\right)$ &c. (§. 2.) adeoque quod haud obscurum esse potest,

$$\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(A + B + C\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left((a + b) + (c + d + e) + (f + g)\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(a + b + c + d + e + f + g\right) (\S.\ 3) \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left((a + b + c) + (d + e + f + g)\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(D + E\right).$$ —

Quae cum ita sint, equidem *sinu vel cosinu anguli A recto non minoris sinum vel cosinum summae angulorum, qui singuli recto minores sunt, conjuncti autem angulum A aequant, nunc intelligi volo.* Haec definitio signo $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos} A$ certam vim tribuit, quoniam qualibet ratione diversa angulus rectus vel obtusus in partes recto minores dividatur, eandem tamen sinus vel cosinus potestatem ubique effici demonstratum est. Deinde quod supra incertum reliquimus, ex sumto $A + B = C$ semper sequi $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(A + B\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos} C$, jam expediri potest. Sit enim v. c. $A = a + b$, $B = c + d + e$, itaque $C = a + b + c + d + e$, quibus literis a, b, c, d, e anguli acuti exprimuntur; efficietur, ut sit $\genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(A + B\right)$

$$= \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left((a + b) + (c + d + e)\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos}\left(a + b + c + d + e\right) = \genfrac{}{}{0pt}{}{\sin}{\cos} C.$$

6. Ex his cogitur, si litera R rectus, a acutus, x cujuslibet generis angulus, n numerus integer designatur:

$$\sin R = \sin\left((R -) + a\right) = \sin\left(R - a\right) \cos a + \cos\left(R - a\right) \sin a$$
$$= \cos a \cos a + \sin a \sin a = 1 \ (\S.\ 1)$$

$\cos R = \cos ((R-a) + a) = \cos (R-a) \cos a - \sin (R-a) \sin a$
$= \sin a \cos a - \cos a \sin a = o.$

Simili ratione colligitur:

$\sin (R + x) = \cos x$, $\cos (R + x) = - \sin x$
$\sin 2 R = o$, $\cos 2 R = -1$
$\sin (2 R + x) = - \sin x$, $\cos (2 R + x) = - \cos x$
$\sin 2 n R = o$, $\cos 2 n R = \pm 1$
$\sin (2 n R + x) = \pm \sin x$, $\cos (2 n R + x) = \pm \cos x$
$\sin (2n + 1) R = \pm 1$, $\cos (2n + 1) R = o$
$\sin ((2 n + 1) R + x) = \pm \cos x$, $\cos ((2 n + 1) R + x) = \mp \sin x$

ubi signum superius aut inferius valet, prout n numerum parem aut imparem exprimit. Ex his porro sequitur, formulam $\sin^2 A + \cos^2 A = 1$ ubique valere. Quod si enim A multiplum anguli recti est, esse aut $\sin A = o$ et $\cos A = \pm 1$, aut $\sin A = \pm 1$ et $\cos A = o$ modo vidimus, ex quo cogitur $\sin^2 A + \cos^2 A = 1$. Si autem A multiplum anguli recti non esse, sed $A = m R + a$ fingitur, aut $\sin A = \pm \cos a$ et $\cos A = \pm \sin a$, aut $\sin A = \pm \sin a$ et $\cos A = \pm \cos a$ esse ex formulis superioribus intelligitur, adeoque $\sin^2 A + \cos^2 A = \sin^2 a + \cos^2 a = 1$ (§. 1). Quibus firmatis eodem modo, quo in dissertatione antecedente usi sumus, formulae hae, si $A > B$ sumitur, colligi possunt:

$\sin (A-B) = \sin A \cos B - \cos A \sin B$
$\cos (A-B) = \cos A \cos B + \sin A \sin B.$

7. Si $A-B = C-D$ est, licet $A > B$ esse negetur, est etiam

$\sin A \cos B - \cos A \sin B = \sin C \cos D - \cos C \sin D$
$\cos A \cos B + \sin A \sin B = \cos C \cos D + \sin A \sin B.$

Ex sumto enim $A - B = C - D$ cogitur $A = (B + C) - D$, et ex iis, quae modo demonstravimus, $\sin A = \sin (B + C) \cos D - \cos (B + C) \sin D$ atque $\cos A = \cos (B + C) \cos D + \sin (B + C) \sin D$, adeoque

$$\sin A \cos B - \cos A \cos B = \begin{cases} (\cos B \sin (B + C) - \sin B \cos (B + C)) \cos D \\ -(\cos B \cos (B + C) + \sin B \sin (B + C)) \sin D \end{cases}$$

$$= \sin B \cos D - \cos B \sin D.$$

$$\cos A \cos B + \sin A \sin B = \begin{cases} (\cos (B + C) \cos B + \sin (B + C) \sin B) \cos D \\ + (\sin (B + C) \cos B - \cos (B + C) \sin B) \sin D \end{cases}$$

$$= \cos C \cos D + \sin C \sin D.$$

Quae cum ita sint, equidem sinu vel cosinu differentiae angulorum cujuslibet v. c. $\frac{\sin}{\cos}(A \mp B)$ differentiam sin A cos B — cos A sin B vel summam cos A cos B ∓ sin A sin B intelligi volo. — Quibus definitis facile colligitur

$\sin o = \sin (A - A) = o$, $\cos o = \cos (A - A) = 1$

$\sin (A - B) = - \sin (B - A)$, $\cos (A - B) = \cos (B - A)$

$\sin^2 (A - B) + \cos^2 (A - B) = 1$

$\sin (2 R - x) = \sin x$, $\cos (2 R - x) = - \cos x$

$\sin (4 n R - x) = - \sin x$, $\cos (4 n R - x) = \cos x$.

8. Restat denique, ut definitiones tangentis et cotangentis supra positae etiam de angulis recto non minoribus apta ratione amplificentur. Cum vero angulo $A < R$ posito, $\text{tg } A = \frac{\sin A}{\cos A}$ atque $\text{cotg } A = \frac{\cos A}{\sin A}$ esse supra (§. 1) viderimus, equidem signa tg A et cotg A, quae si $A < R$ esse negatur, nullam vim adhuc habent, quotientibus $\frac{\sin A}{\cos A}$ et $\frac{\cos A}{\sin A}$ aequalia ubique haberi volo, ex qua definitione functionum tg A et cotg A haud dubias potestates semper nasci patet. —

Quomodo functionum trigonometricarum virtutes, quas via, quam analyticam dicunt, posuimus, constructione illustrari possint, cum Littrowius*) et Ohmius**) jam ostenderint, praetermitto. — Tandem moneo, me viam a viris illis indicatam idcirco rei naturae aptissimam esse supra dixisse, quod tam sinuum et cosinuum, quam tangentium et cotangentium signa anteponenda, quae doctrina quantitatum oppositarum explicari solent, non ex arbitrio, sed ex necessitate quadam definiuntur. Nam quemadmodum in multis perceptis doctrinae illius, quam Ohmius ex disciplina mathematica omnino tollendam esse merito censere mihi videtur, aliquid desidero, ita praesertim, quae ad hanc rem spectant, mihi non satisfecerunt. — Fructus vero insignes ex iis, quae modo docuimus, simili ratione coordinatarum parallelarum doctrinae afferri posse ut exponam, nec spatium, nec otium suppetit. —

*) Elemente der Algebra und Geometrie p. 273.
**) Elementar-Mathematik. T. II. p. 300.

Nach-

Nachrichten von dem Königl. Gymnasium
während
des Schuljahres vom October 1827 — 1828.

Lehr - Gegenstände:

Prima.

Ordinarius: der Vorsteher des Gymnasiums.

1. Deutsch, 4 St. w. (verbunden mit Sekunda) die Lehre von den Begriffen und Urtheilen, Beendigung der Literaturgeschichte der neuesten Zeit, hiernächst die drei frühern Zeiträume bis zu den Meistersängern, prosaische Aufsätze, metrische und poetische Versuche, mündliche Vorträge über gelesene Musterschriften und Declamation. Herr Konrektor Pudor.

2. Latein. 9. St. Stylübung verbunden mit Sprechübung. 3 St. Ungefug; Cic. de oratore III. zur Hälfte 2 St. Derselbe; Tacit. Agric. 31-fin. und nach vorausgeschickter Einleitung Histor. I. 1 — 28. 2 St. Herr Reg. Assess. Fischer; Horatii Carm. I. (mit Auswahl) beendigt, und Satir. II, 5. verbunden mit metrischen und Sprechübungen, 2 St. Herr Konrektor Pudor.

